

CAPVT IV.

De Lepore marino.

TAB. I. 6.
Nomen.

LEPVS marinus, Graecis λαγώς et λαγώος θαλάσσιος, a colore leporis terrestris, quem ἐμπέρινον vocant, nomen fortitus est. Monspelientes ebrium vocant, quod vivus colore ex rubro nigricante sit, quali plerumque ebrii conspicuntur. Mortuus ex fusco albicat.

Descriptio.

Aelian. H.
A. l. 2. c. 45.

*Apulej. in
Apologet.*

Differentia.

Varie a veteribus *describitur*, qui
eum modo offae informi, ut Plinius,
modo cochleae testa exemptae ut Ae-
lianrus; modo Loligini parvae, car-
neam si respicias, ut Dioscorides, af-
similarunt. Apulejus caetera exos-
sem, duodecim tamen numero offa
ad similitudinem talorum suillorum
connexa et catenata gerere, reliquit.
Rondeletius *tria genera descripsit*.
Primum genus maxime lethale est,
cochleae nuda admodum simile, ma-
xime posteriore corporis parte. Os
habet in dorso veluti *Sepia*, volutae
instar contortum, qua parte caudam
spectat; in lateribus *Sepiarum* mo-
do pinnas habet alveum ambientes
replicatas: mox cornicula duo car-
nosa, qualia sunt in cochleis, altera
tantum capitinis parte *Zygenae* caput
imitatur: altera parte foramen est,
per quod carnosam quandam sub-
stantiam exerit, quam etiam pro ar-
bitrio retrahit. In harum duarum par-
tium medio rima est pro ore, *atramen-*
to et reliquis partibus internis loligi-
nem refert. Idque in hoc genere est
mirabile, quod cum in omnibus ani-
mantibus partes sinistrali dextris simi-
les sint, in hoc sint valde dissimiles,
ideo offa informis merito dicitur.
Odore est pisculento tetroque. *Alte-*
rumb genus superiore est majus, parti-
busque et aliis superiori simile, sed
parte priore duas latas appendices
carnosas habet, in quarum medio ri-
ma est. Paulo infra cornicula duo,
qualia in superiore descripta sunt, ni-
si quod acutiora et breviora sint. In
dorso os nullum, neque posterior
pars, cochleae exenteratae similis est.
Hujus posterioris partis utroque la-
tere, veluti in *Sepia* pinnae sunt ma-
gis replicatae et expansae. *Tertiū ge-*

neris prona et supina pars exhibetur. Quod in partis supinae medio conspicitur, est os: Supraposita ori pars alveus, qualis in Sepiis, ovi figura, sed in ambitu crenatus. Ori subjecta pars membrana est tenuis, carnosa, magis expansa in rotundum, cujus ora fimbriata est, fimbriae nigrae sunt. Intus cerebri nigri parum est, gulam excipit ventriculus, ex quo oritur intestinum instar capreolorum vitis convolutum. In medio substantia quaedam est fungosa, succum fuscum continens, fortassis *principis* cum atramento suo. Toto corpore est splendido: Crystallum vel pituitam concretam congelatamque dixeris. Odore est ingrato et pisculento nauseamque movet. Hoc genus Bellonius pro communi lepore descriptissime videtur. Fulvum inquit leporis terrestris colorem imitatur. Pulmonis marini more per mare divagatur, tametsi pianis careat. Pellucidum habet corpus ovi anserini magnitudinem non excedens, quod pro lubidine huc et illuc transfert. Septem habet appendices innumeris promiscidibus stipatas ex Indico in cyaneum vergentes, quibus fugendo corpori alimentum suggerit: appendiculum autem substantia fungosa est. Ex aqua emergens naturam suam emittebat, et in seipsum concebat. Linguam demorsus vellicat ut ari radix, paulo tamen remissius, etc.

Addit Aelianus et *Indicum*, quod *Aelian. H.*
ex omni parte ad terreni leporis simi- *A. l. 16. c. 19.*
litudinem accedit, praeter pilos, qui
spinosi et erecti. Tertium illud genus
in alto mari degit, ideoque rarissime
capitur. Primum in stagnis marinis
lutulentis, et alga limoque vescitur.
Frequentes inter Cycladas insulas oc-
currere Bellonius prodidit. Dari in
hoc genere marem et foeminam apud
Plinium habemus. Cum ad Ronde- *Plin. H. N.*
letum delatus esset, qui lingula car- *l. 22. c. 1.*
nosa careret et ore in dorso, marem
esse judicavit, primo loco descriptam
foeminam, quod in ea Polyporum
ovis simile quid reperiretur.

Adhi-